

Exemplum Gratiarum Principis
Franciae & Statuum Hollan-
diae & Zeelandiae ad Sac. Col-
legium ^{trium} Latinarum

151

Maiestatis Vrae lris ad nos datus, Caesar. Inuicissimè
sua insignis erga nos, nramq' miseram atq' afflictam pa-
trem animi propensio ac sollicitudo quasi quodam lucu-
lento atq' illustri testimonio fuit comprobata. Quod vero
ad lras a diuinxit V. M.^{tas} Legator clariss. et sapientiss.
Viros qui et auctoritate et consilio suo diuturnas hasce
Ciuium bellor' tempestates ac procellas V. M.^{tas} noie,
quoad eius fieri posset, serouarent. Id certe nobis ita
perspicuam fecit eius erga nos benignitatem et clemen-
tiam, ut nemo plane nostrum sit, qui non se conseat hoc
beneficio Ma.^{ti} Vrae ad quæuis humilissima obsequia reddi-
tum esse deuinctissimum, orbisq' Christiano gratulandum
sibi putet, quod ad tanti Imperij culmen Vram M.^{tem}
Deus opt. Max. euexerit. Agimus itaq' M.^{ti} Vrae
eas græs, non quidem quas tanti beneficij ratio postu-
lat, sed quantas certe ai nri capere possunt maximas
nosq' ad illius obseruantiam totos addicimus atq'
mancipamus. Nam etsi quor'dam nror' aduersario-
rum maleuolentia sit fortasse obstitura, quò minus
sanctissimis Vrae M.^{tas} ac iustissimis conatibus eiusmodi
ad amissim respondeat euentus, qualem vel eius singu-
laris pietas atq' clementia, vel nra p'ue fors afflictæ
sit fortasse desideratura: possumus tamen Ma.^{ti}
Vrae affirmatè testari, quod vel nobis facentibus eas
ipsa loquitur, eam operam ab eius clarissimis atq'
ampliss. Legatis in hoc negotio conficiendo positam
fuisse, ut eius noie Vniuersus orbis Christianus primum
quidem Vrae M.^{ti} tum vero illis ipsis, in omnem poste-
ritatem futurus sit deuinctissimus.

Dni certe Andree Gail. Ma. Vre Consiliarij pru-
dentissimi, qui huc ad nos Bruxella venire non
fuit grauatus, preclara ad Reip. componendam
tranquillitatem studia silentio preterire non
possumus. Is quidem Ma. Vre nrum cetera pacem
et quietem publicam summum atq; ardentissimum
studium utpote testis oculatus explicabit.

In quo si minus, quod oibus votis a Deo opt. Max.
petimus, consequamur supplices Vram Ma. stem
quam possumus obnixissime rogabimus, vt non mi-
nus afflictis, quam iuste nra causa suo patrocinio
suaq; auctoritate adesse posthac non dedignetur.

Nosq; ad oia eius mandata quanta maxima obser-
uantia quantoq; promptissimo poterimus studio
exequenda fore semper paratissimos omnino sibi
persuadeat.

DEVS opt. Max. Inuid tam
Vram Ma. stem orbi Christiano quam diutissime
sueatur incolumem Middelburgi. XIX.
Februarij. M. D. LXXVII.

Ma. Vre

Obsequentis. deditissimij

Guilielmus de Nassau